

Jakob Carmon

Rector Academiae Rostochiensis, Jacobus Carmon, Phil. & J.U.D. ... Memoriam Viri ... Dn. Joachimi Prüßings/ Phil. Mag. Ecclesiae Svanensis ... præmature fato ablati, cum exanime corpus illius in reconditorio suo templi Svanensis deponeretur, Civibus Academicis nec non Omnibus Sacrorum Studiorum Æstimatoribus commendat : [P.P. sub Sigillo Rectorali Anno. MDCCXIX. d. 25. Septembr.]

Rostochii: Wepplingius, [1719]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769757995>


Druck Freier  Zugang




Carmon, J. ,
in
J. Prüssing.

Rostock. 1719.

38





RECTOR
 ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JACOBUS CARMON,
 PHIL. & J. U. D. PAND. PROF. PUBL.
 SERENISS. DUC. MECKL. CONSILIAR. CONSISTORIAL.
 MEMORIAM

*Viri de Ecclesia optimè meriti,
 Plurimum Reverendi ac Præ-Clarissimi,*

DN. JOACHIMI
Brüßings/

PHIL. MAG. ECCLESIE SVANENSIS IN VICINIA PASTORIS
 ET DIOCESEOS ILLIUS PRÆPOSITI VIGILANTISSIMI
 FIDELISSIMIQVE,



præmaturo fato ablati,
 cum exanime corpus illius
 in reconditorio suo
 templi Svanensis
 deponeretur,

CIVIBUS ACADEMICIS
 nec non
 OMNIBUS SACRORUM STUDIORUM ÆSTIMATORIBUS
 commendat.

ROSTOCHII, Typis Joh. WepplingI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.



Programmata Fune-

bria, CIVES ACADEMICI O. O. HONORATISSIMI! eum in finem Viris de Ecclesia, Publico bono, & re literariâ præclare meritis scribuntur, ut non memoriâ eorum solùm, ad posteritatem propaganda, conservetur, sed & alii, ac præsertim posteri in iis ha-

beant, quæ imitanda sibi proponant, exempla. Cum primis vitarum hujusmodi descriptiones eò tendunt, ut ex illis tum singularia sæpe divinæ circa genus hominum, præcipuè piorum suamque in unicum totius mundi Rectorem fiduciam ponentium, providentiæ documenta capiamus, tum bonarum literarum cultores, quâ ipsis viâ ad aliquod doctrinæ ac eruditionis culmen progrediendum & ascendendum sit, quò DEO, Ecclesiæ, proximoque inservire olim queant, addiscant. Hunc propter scopum, non eorum solum, qui, cum hac ex vitâ decedunt, Academia nostræ sunt membra, vitas enarrare, sœvimus; sed aliorum quoque, sicubi desideratur, Virorum benè meritorum, etiamsi de præsentis quidem ab hac Academia urbeque remoti vixerint, famæ ac memoriæ hoc quicquid est extremi honoris à nobis dari, insolitum aut inauditum non est, exemplis ejusmodi exstantibus non unis. Quapropter mirum, credo, futurum nemini erit, quod extraordinariè quidem, haud tamen inusitatò, Viro cuidam alieni licet loci, minimè verò Academia nostræ, aut civitati, quin nec orbì erudito ignoto funeralsi Programmate publicè parentare ego sustineo, curriculum vitæ

vitæ illius quam laudabilissime peractæ, quantum equi-
 dem, quo circumscribor, temporis angustia permittet,
 descripturus. Nam variis ille quondam publicis æque
 ac privatis specimenibus Academia nostræ se commen-
 daverat. Multos hæc civitas alit vel affinitatis, vel a-
 micitiæ vinculo ipsi junctos. Exstant & publica ejus,
 quæ publicam rem literariam, speciatim sacram, sibi
 obstrictam reddidit, ingenii subacti ac eruditionis Theo-
 logica solidioris monumenta. Ut adeo neminem fore
 arbitrer, cui hæc descriptio vitæ ipsius non sit grata
 futura. Ne autem diutius Vos morer, CIVES! lugu-
 bris hujus commentationis objectum sistitur Vir
 optimo ætatis in flore medioque eximiorum meritorum
 cursu mortis telis succumbens, at longiori vitâ dignif-
 simus, *Plurimum-Reverendus quondam, ac Pra-Clarissimus,*
 DN. JOACHIMUS Brüßing / *Art. Liberal. & Philos.*
Mag, Ecclesia Svanensis, oppidi duobus abhinc miliaribus
distantis, Pastor fidelissimus, ejusdemque Dioceseos Præpo-
situs amplissimus fulgidissimusq;. Cujus in natales, si, more
 consveto, inquirimus, constat, eosdem illum debuisse
 communi huic Patriæ nostræ, Ducatui Mecklenburgico,
 in eoque oppido non obscuri nominis *Waren*, ubi Anno
 MDCLXXX. die 14. Novembris, quæ tum erat ipsa Do-
 minica XXIII. post S. S. Trinitatis Festum, forte non
 sine omine, lucem hanc primum adspiciens aurâ vitali
 vesci incepit, ex familiâ Holfaticâ hæc in terras trans-
 plantatâ originem trahendo. *Patrem* nactus fuit BAR-
 THOLDUM Brüßing / Civem Warenensem, Sartorem
 & Mercatorem, ex Femaria Holfatiæ insula oriun-
 dum, qui, amissis jam morte duabus uxoribus, prima
 quidem ANNA Bergtæ / Viri Nobiliss. ac Prudentiss.
Danielis Bergü, Senatoris Burgensis in dicta insulâ Filiâ,
 A 2 & sorore

& sorore admodum Rever. Dn. *Johannis Bergii*, Ecclesie dictae urbis Pastoris optimè promeriti; alterà verò MARGARETHA Broockmanns / plurimum Rever. Viri *Reineri Broockmanni*, Pastoris Svanensis Natà, vidua jam ante *Johannis Pechlini*; tertias feliciter celebrabat nuptias cum *Genitrice* Beati Nostri, pietate atqve decore exornatissima, CATHARINA WESTPHALLEN. Facta hæc fuerat quintuplicis prolis ex Prüsingio suo mater, utpote duarum filiarum: *Anna*, Musico Warenensi, *Bartholdo Wünnen*; atqve *Maria*, *Ambrosio Joachimo Rehfelden*, Cantori Warenensi, de juventute suæ curæ concreditâ benè merito, matrimonio junctarum; trium autem filiorum, perqvam Rever. Pastoris Brützensis, *Bartholdi*, item *Christiani*, Senatoris Svanensis artisqve musicæ olim studiosissimi, & qui, cum ætatis, tum præsentis occasionis ratione habitâ, primus nominandus fuisset, piè defuncti nostri Præpositi, *Joachimi*. Posteaquam autem supremo rerum humanarum Arbitro placuit conjugium hocce Prüsingio - Westphalianum, Anno superioris seculi nonagesimo, morte mariti dissolvere, superstes Nostri *Genitrix* ad secunda transiens vota nupsit iterum *Maurizio Batken*, Civi Warenensi, quem piè Defunctus vitricum quidem habuit, sed affectum verè paternum expertus est, ut abs eo in se profecta beneficia, cum Studiis heic operam navaret, abundè agnoverit, ac nunquam non prædicarit. Sed ad *Avos* illius ut ascendamus, *Pater* exstitit PETRUS Prüsing / Navita & Mercator Femariensis, cujus uxor, Nostri *Avia*, Virtuosissima ANNA Wegners / Rever. Viri JACOBI Wegners / Pastoris Landkirchensis in Femaria, Gnata. Maternus autem Avus, JOACHIMUS WEST.

WESTPHAL, Civis atque Textor sæpius dictæ urbis
Warenæ, *Aviaque* MARIA Ulrichs / DEO devotissima.
Proavus porro, quantum ad superiorem lineam, fuit
JACOBUS Prüssing / Civis ac Cerevisarius in Land-
Kirchen. *Proaviam* verò lineæ istius nominat ANNAM
SEIERS, Landkirchensem. Altera in lineâ *Proavus*
ipsi contigerat Jürgen Westphal, Antistes in suburbio
Kiloniensi, cum *Proavia* Catharina Dancken / Warena
oriundam.

Agnoscite, CIVES! talibus progenitoribus or-
tum debuisse suum B. Dn. Præpositum PRUSSING,
quibus nec magnâ munerum politicorum dignitate,
nec Titulorum variorum sirmate, nec famæ apud exte-
ros celebritate superbire datum fuit: nec tamen hone-
statis ac christianæ pietatis laudem atque gloriam ipsis
denegare quispiam ausit. Agnoscat autem ex illis si-
mul etiam, velim, quam facile DEO sit altiùs evehe-
re, quibus fortassis humilis natalium conditio emer-
gendi occasionem præcludere videri poterat, modò
Numen sincerè colatur, ac concessæ ab illo dotes ipsimet
iterum consecrentur, & ejus in honorem impendantur
laudemque. Deridendi mihi videntur, quos ad majus
aliquod dignitatis fastigium elatos progenitorum suo-
rum pudet, acsi tanto honore digni habendi non sint,
ipsimet illorum indignissima progenies. Certè profe-
cto, in majorem id sui laudem convertere possent, ac
argumentum divinæ erga se providentiæ hoc ipso præ-
bere deberent. Rectè pieque hoc æstimavit Beatus,
qui & alia erga se divinæ benignitatis argumenta neu-
tiquam reticenda voluit, ceu in ipso vitæ illius cursu,
quem propriâ concionaverat manu, visuri sumus. Ad-
modum adhuc puer, vix decimum ætatis annum in-

gressus, ad hunc à Parentibus ablegatus locum fuit, cum hic Avunculus ejus, qui Patris loco ipsi semper fuit, quemque Patris instar idcirco veneratus semper est, Vir Plurimum Reverendus atque Ampliss. Dn. **GEORGIUS WESTPHAL**, Ecclesiæ Cathedralis apud Schwerinenses Pastor longe fidelissimus celebratissimusque, Studii Theologici excolendi ergo, assiduus perpetuo Scholarum Schomerianarum Pechtiana, rumque Sectator, commorabatur atque degebat. Qui non solum accuratissimam suam informatione hunc sibi percharum è Sorore nepotem beabat, sed & ei prospiciebat, ut Fautorum Amicorumque beneficio mensam gratuitam sustentaretur. Cumque is ipse Anno **MDCXIV.** Sverinum ad modo dictum Pastoratum evocaretur, noluit **PRUSSINGIUM** suum derelinquere, sed secum illum abductum benefactorum quorundam favori sic commendavit, ut de alimentis vitæque necessariis subsidiis longas agere curas necessum non habuerit. Quandoquidem autem ingenium in eo animadvertenter habile promptumque, ac ad literarum Studia non proclivitate minorem atque capacitatem, idcirco eum Scholæ Cathedralis Præsilibus, Viris egregie de eadem meritis atque Clarissimis **HENRICO MASIO**, Rectori, & **CONRADO GEORGIO SCHROEDERO**, Conrectori, formandum & humanioribus, quas dicunt, literis imbuendum tradidit, quorum impensos in illum labores non frustra neos fuisse, diès docuit, experientia testata est, effectus confirmavit. Accedebat illis institutio privata Westphaliana ipsa, ut itaque majora subinde incrementa non capere non potuerit. Quinquennium ita elapsum erat, cum eos jam adeptus profectus judicabatur,

batur, qui ad altiora progerdi academiaqve solidiora
Studia non sine fructu tractare valeret. Anno igitur
MDCXGIX. hanc nostram ingressus Academiam est,
Sceptra illius eâ tempestate moderante Consultissimo
Viro, DN. D. MATTHIA Stein / quem elapso vix ab-
hinc anno non sine omnium, quotquot Universitati
nostræ benè cupiunt, dolore mortalitati erepto, abs
quo in numerum civium Academicorum receptus at-
que, ut loqui solemus, immatriculatus fuit. Ab eo
tempore inde, non ignarus, DEO aliquando vitæ no-
stræ, temporis transacti, donorumqve impensorum ra-
tionem reddi oportere, ut non eruditionis solum, sed vir-
tutis etiam &, quæ ceterarum quasi fons aut mater est,
pietatis præsertim cultor haberetur studiosissimus fuit.
Certè, nil magis in S.S. Theologiæ consecrans laudari
meretur, quam si cum virtute eruditione, & cum eruditi-
one virtutem conjungunt. Infillaverant Nostro Paren-
tes inde ab infantia pietatis amorem, & in Avunculo suo
nil nisi religiositatem ac pietatem non infucatam puer vi-
derat: unde in juventute genuinus illius, quâ ipsâ nil sibi
dulcius, nil charius æstimabat, sectator repertus fuit,
omnes voluptatum illecebras, peccandi occasionem,
quin, solam etiam impietatis suspicionem detestatus fu-
giensque. Noverat, Ecclesiæ Ministrum non doctri-
næ tantum puritate, sed vitæ etiam integritate gre-
gem ædificare, & exemplo eidem esse oportere: qua-
re juvenem eum se exhibere volebat, quem senem ex-
spectare Ecclesia posset. Non adulari me vel mortuo;
vel superstibus vivis, testis mihi erit universa Aca-
demia nostra, testis integra hæc civitas, testes tot, quot-
quot PRUSSINGIUM vel puerum, vel juvenem, vel
virum noverunt. Non igitur meo præterea testimo-
nio

nio opus erit. Ad Studia potius ejus describenda me-
met converto. Non satis esse solo Studiosi titulo gau-
dere, rectè rebatur, sed eum se præstare volebat, cui
hoc nominis ex veritate conveniret. Et cum sacra-
tissimum Theologiæ Studium primariò sibi propositum
haberet, in illud cumprimis omnes ingenii sui nervos
intendebat, ita tamen, ut præcayeret, ne illotis, ceu
proverbium habet, manibus ipsum aggredereetur. Ideo
que & linguarum necessariorum, & Philosophiæ suffi-
cientem sibi acquirere notitiam nitebatur, non in solâ
Theologia Didactica, quam sibi sufficere multi perquam
ineptè ac perperam arbitrantur, acquiescens, sed, agnitâ
divinissimi hujus Studii amplitudine, singulas ejusdem
partes, ubi occasio offerebatur, notas sibi reddens: de
quo vel ipsa illius edita, vario eruditionis Theologicae
genere referta, Scripta testari possunt. Dabimus hîc
Collegiorum, uti dicuntur, quæ Studiosus frequenta-
vit, Catalogum, quem propriâ manu consignatum re-
liquit. Sedulus audivit Theologos, qui tunc temporis
studiosam juventutem instituendo famam Academiae
nostræ conciliabant: B. D. ANDR. DANIEL. HABICH-
HORSTIUM, Diæta Classica, Articulorum fidei fun-
damenta, interpretantem. B. D. JOH. FECHTIUM,
nunc Augustanam Confessionem & Formulam Concor-
diæ, Symbolicos illos Ecclesiæ nostræ Evangelico-Lu-
theranæ Libros, enucleantem; nunc Controversias re-
centissimas, speciatim Fanaticas & Pietisticas, discuti-
entem; nunc Indifferentismi hodie nimium gliscentis
fundamenta evertentem; nunc Instructionem Pastora-
lem Ministerii Candidatis tradentem; cujus & Exami-
natoriis Collegiis, in quibus universum Theologiæ cam-
pum percurrere solebat, non semel, sed iterum atque
sæpius

sapius membrum voluit interesse. **B. D. JOH. PETR. GRUENENBERGIUM**, Theologiam Positivo-Acroamaticam Königianam exponentem, & Oeconomiam Librorum Biblicorum utriusque, cum Veteris, tum Novi Testamenti, Codicis representantem. **B. D. ZACH. GRAPIUM**, Theologiam Positivo-Polemicam ad filum ductumque B. Königii prælegentem; Moralem etiam, quæ de vitâ Christianos decente specialia monita tradit, Theologiam inculcantem; Consilia de sacris sermonibus ad populum habendis, juxta editos à se Imperativos Homileticos, suppeditantem; Metaphysicam Weissianam enodantem; sicuti & illius manu-ductione usus fuit in Accentuatione S. Lingvæ, & Idiotismis Ebræorum pernoscendis. Ipsam autem Ebræam lingvam, maximam partem, unâ cum Geographiâ, doctus est abs **DN. M. DIETER. SCHROEDERO**, hodie Wismariensium ad templum D. Mariæ Archidiacono vigilantissimo. In Græcis usus est infor- matione Affinis sui, **Dn. M. JAC. BURGMANNI**, Græc. Lit. Prof. Publ. & Pastoris Ecclesiæ Nicolaitanæ, de utroque officio meritissimi, Collegæ & Amici nostri honoratissimi, ut & **DN. M. GEORG. RAPHELI**, religiosissimi nunc in æde Nicolaitanâ Lüneburgi Verbi Divini Ministri. Præterea Theologiam, uti & Pnev- maticam docentem auscultavit **Dn. D. GEORG. FRID. NIEHENCKIUM**, Pastorem hodie Gotho- burgensem celebratissimum. In Philosophicis, præ- fertim Logicis ac Physicis, sectatus est Scholas tum privatas **D. FRANC. ALB. ÆPINI**, Log. P. D. P. Neque verò satis sibi ducebat, à Præceptoribus suis varia doctrina mentem imbui, sed & ea, quæ hauserat, velut egerere ac cum aliis communicare satagebat, ex-

B

peri-

perientiã ipsum docente, hoc pacto ingenium non modo acui, sed & in doctrina magis confirmari magisque. Hinc, uti Fechtianis examinibus frequentem, ceu percipimus, se stitit; ita nec exercitia Disputatoria, quæ cotem ingeniorum haud immeritò dixeris, negligebat, cujus rei publica testimonia exstant. Sic enim *Sylloge Controversiarum recentiorum* Fechtiana duplici in editione ceterorum inter Commilitonum nomina nomen, etiam PRUSSINGII ostentat, quod idem & in Catalogo Disputantium *Compendium Theologia Positiva universa, ex obligatione nostrâ erga DEUM deducta*, Grapianum Anno MDCCII. editum refert. Privatos sic intra parietes disputando exercitatus, publicè quoque ingenii vires explicare non desit, editis successivè quinque omninò comparatæ sedulitate sua doctrinæ ipeciminibus, hoc quidem ordine: I. Præsidi FECHTIO, de *sacrificio Missæ Propitiatorio*, II. sub præsidio GRUENENBERGIANO, de *Matthæo Evengelologo*, III. sub HABICHHORSTIO, ex *Prophetia Esaiæ, de Deserto Maris*, IV. Præsidi M. CHRIST. HILDEBRANDO, Phil. Rational. tum Profess. Publ. de *Natura Logica*, & V. cujus ipsemet exstitit Auctor, de *Concionibus Artificiofis & Alamodis*; vulgo, von künstlichen und Galanten Predigten/ GRAPII præsidio usus.

Talem se hætenus gesserat Studiosum B. DN: Præpositus, dignissimus omnibus judicatus, qui diligentia, virtutis ac eruditionis præmia, honorem ac officium, reportaret. Et posteriori quidem obtinendo aliqua se occasio offerre videbatur, B. GRUENENBERGIO, jam Anno MDCCIII. svadente, ut Ecclesiæ Zittaviensi hoc in Ducatu cum aliis se præsentari pateret. Ipsemet verò juventutem suam obtendens Studiaque

diacque ulterius evehi conaturus modestè oblatam hanc
declinabat occasionem. Svasu autem consilioque lau-
dati supra Avunculi sui Gradum Magisterii in Philoso-
phia Anno MDCCLIV. ambire non dubitavit, colla-
tum ipsi abs t. t. Decano, B. jam HENR. CHRIST.
TIELCKENIO, Phil. & U. J. D. Theol. Cand & Eloqv. P.
D. P. Insequenti Anno mense Martio abs paulo ante
laudato Dn. Prof. BURGMANNO in Facultatem pro
more receptus facultatem Collegia studiolarum juven-
tium aperiendi consequutus est. Qua pollens, quod à
Præceptoribus suis didicerat, aliis iterum instillare ince-
pit. Ac quoniam ipse sacro Ministerio officioque con-
cionandi se mancipaverat, è re suâ potissimum fore vi-
sum ipsi fuit, Artem Homileticam diligentius exco-
lere, quam igitur trinâ vice, præviis Imperativis Ho-
mileticis Græpians, Auditoribus tradidit, junctis Col-
legiis Dispositoriis, duplici in Evangelia, unoque in
Epistolas Dominicales. Utque in Theologia non mi-
nus magis se confirmaret, accersitis quibusdam amicis,
in Theologia Thetico-Polemicâ, nec non Morali se
exercere non prætermisit. Hæc inter singularem Di-
vini Numinis erga se providentiam curamque expertus
non solum fuit, sed & agnovit debitamque gratitudinem
prædicavit, de quo ipsum eum audiemus testantem,
verbis ex autographo ipsius allegandis. *Ut verò ita,*
scripsit manus illius, in octavum annum Rostochii studiis
inhabere potuerim, & est munificentia Serenissimi Megapolen-
sium Ducis FRIDERICI WILHELMI, Domini mei Clemen-
tissimi, qui me stipendio centum thalerorum per quatuor annos
sublevavit; & amoris Parentis mei secundi, Mauritz Batken,
Matrisq. dilectissimæ pro virili succurrentium; & beneficii Fau-
torum mensâ gratuito me excipientium. Posteaquam dein:

B 1

de

de DEo visum fuerat , quæ à Parentibus acceperat ha-
ctenus subsidia ipsi subtrahere , quò subsistere heic diu-
tius posset , in ædes B. M. GEORG NIEHENCKII ,
Pastoris Mariani meritissimi , mensamque receptus , Filii
istius natu postremi in se informationem suscepit , cui &
alii optimæ indolis tunc adolescentes iungebantur , quos
inter Dn. *Joach. Henr. Dugge* , h. Med. D. & Dn. *Henric.
Lehmannus* , ante biennium hîc templi à D. Nicolao no-
men habentis Diaconus constitutus. Quorum in insti-
tutione , adhibitâ decente fidelitate curâque , cum totus
totusque versabatur , DEo placuit ad gravius ipsi munus
viam sternere , cui talentum suum impenderet majori
Ecclesiæ cum emolumento.

Fuerat jam Anno MDCCIII. Ecclesiæ apud Gu-
strovienfes parochiali præsentatus , ubi verò electionis
fors , nunc etiam inter cœlites jam triumphantem , M.
Joh. Ehrenfried Pfeifferum , magni illius *Augusti* filium ,
tangebatur : hinc , triennio elapso , posteaquam concio-
nem *de crucis signis* coram cœtu Svanensi Domin. IX. post
F. Trin. habuerat , conspirantibus plurimorum suffra-
giis in Pastorem ejus loci electus fuit. Quod Pastorale
munus , cui simul Ecclesiarum ejusdem Districtus inspe-
ctio sive Præpositura connexa , abs Dn. D. FECHTIO ,
Superintendente , prævio examine rigoroso , more mo-
doque consveto ordinatus ac introductus , Domin. XIII.
à Trinit. Festo auspicali concione orsus est , ad extre-
mum usque vitæ suæ eodem fideli constantia constan-
tiqve fidelitate functus. Etenim , quantum curæ , quan-
tum vigiliarum pro animarum sibi concreditarum ædi-
ficatione ac salute impenderit , testantur non solum mul-
tâ sub meditatione elaboratæ conciones , sed & publicam
in lucem emissa , unicuique scopum proximi in fide & vi-

ta ædificationem habentia, Scripta. Conciones ab eo habitas quod attinet, judicare de illis poterit, si speciminis loco unum alterumve adduxerimus exemplum. Anni MDCCXII. thema anniversarium fuit: ein singender Christ / usu tribus imperativis: Disce, Stude, Gaude; incluso. Anni MDCCXIII. thematis perpetui loco descripsit einen sterbenden Christen / cum monito:

O Mensch / bedencke / was du thust /
Bedencke / daß du sterben must.

Anno MDCCXVI. proposuit die Fehler der Maul-Christen: 1) worin der Fehler bestehe / 2) wie er müsse verbessert werden. Sic &, quo majorem sacra Biblia legendi ardorem in cœtu suo excitaret, integros quosdam Scripturæ libros Exordiorum loco explicare sumit, uti Esaiæ, Evangelistæ illius Veteris Testamenti, Prophetiam, Anno MDCCXIV. & sequenti Anno Librum Jobi, Ecclesiasten, duosque minorum Prophetarum: Obadiam & Jonam. Quin & in concionibus intra septimanam, ni fallor, singulis Mercurii diebus, habitis Libros Biblicos Historicos V. T. ordine suo, inde à Geneseos initio usque ad 1. Reg. Cap. II. Concioni proposuit, propositos explicavit, explicatos ad Christianismi praxin accommodavit. Taceo jam reliqua, quanquam non reticendum videatur, minime contentum fuisse piè Defunctum, ut ordinariis suis laboribus fungeretur decenter, sed si quid ab illis relictum erat temporis, id omne insumsisse, ut majori cum fructu gregem suum pasceret, & simplicioribus quoque tenerisque animis Religionis Christianæ rudimenta inculcarentur. Huncce in finem mox ab initio

officiū typis exscribi curavit Prædecessoris sui in officio & thoro, Plur. Rev.
Dn. M. Frid. Nicol. Ideler Institutiones Catecheticas à seipso auctas, sub
Titulo: Die Klugheit derer Einfältigen, in dem Catechismo Luth.
er, mit viel auserlesenen Kern-Sprüchen Heil. Schrift bewiesen,
Gyn & suas proprias meditationes in id convertebat, ut & cœtus
suis haberet, unde, qvæ proponentem audiverant, repeterent, & alii
quoque adificationis suæ cupidi Christiani eadem legere possent.
Sunt igitur publicæ luci exposita & non sine applausu excepta sequen-
tia Scripta: Parentatio in funere B. Joh. Hesleri, Pastoris, viduæ re-
lictæ dicta, von einem ehelichen Eingang in diese Welt / glücklichen
Fortgang durch diese Welt und seligen Ausgang aus dieser Welt /
An. 1708. Heilige Erbauung aus unterschiedlichen Sprüchen der
Göttlichen Schrift gesucht / zur Glaubens- und Lebens-Besse-
rung / mit einer Vorrede Hrn. D. Joh. Fechtli, An. 1714. Unver-
fälschte lautere Reden zur Besserung über XXIII. Sprüche des
Worts der Wahrheit / an die wehrte Christenheit / iterum cum Præ-
fat. Fechtliana, An. 1715. & succedentes tres harum meditationum
partes, qvæ um qvælibet 23. Scripturæ dicta eadem methodo tractat,
tribus annis sequentibus. Sic & continuaturus erat prius Scriptum,
die Heil Erbauung / sed duodecimâ meditatione vixdum finitâ, ca-
lamum eum vitâ absolve Domino deponere iussus. Interim hoc ipso
Anno prodire Schriffmäßige Trau- und Bau-Reden über LX aus-
erlesne Thematâ bey Priesterlicher Einsegnung verlobter Personen /
mit einem Abhang von Tugendfahnen Weibes- Personen. Ex
quibus omnibus satis patescit superqve, B. Virum dignum se præsti-
tisse animarum Curatorem. Nec minùs Præpositi officio sic functus
fuit, ut omnium satisfecerit expectationi. Superintendentis sui, sæ-
pius laudati FECHTII, sive sento sive morbo impediti, vices non-
nunquam sustinuit ordinationis ac introductionis ritum peragendo,
quemadmodum ab ipso ordinati sunt Viri Reverendi, Dn. Bimsius,
Heilighenhagensis, & Dn. Peiri, Hansdorffensis, Pastores; introdu-
ctus autem Augustin. Grapins, Cnōjam aliunde vocatus. Sed mittam
publica; de domesticis ejus rebus dicturus.


Eodem, quo ad officium inauguratus fuerat, Anno MDCCVI.
An. 2. Septembr. sacerdotali benedictione sibi jungi curavit foemina
omni

omni mullebrum virtutum decore exornatissimam, Viduam Idelerianam, CATHARINAM Klein / fillam Viri Præ-Nobiliss. Con-
sultiss. atqve Excellentiss. Dn CHRISTIANI Klein / J. U. D. &
P. P. hujus Almx Celeberrimi, jam Anno 1634 defuncti; hodienuq;
per DEI gratiam supersitit. Matronæ DEO devotissimæ, ANNÆ
Schmiedes. Quod eadem matrimonium nulla prole beatum fuit;
ast ideo ipse tanto plus cura impendit soboli ex priori Conjugis conju-
gio præsentem educandæ; tanto plus amoris in eandem convertit, ut
filios partim instituerit ipse, partim idoneis Præceptoribus com-
mitti curarit. Novimus, quam sollicitus fuerit de natu maximo,
Voltratho Frid. Idelero, cum paucos ante annos is Studio Theologico
heic incumberet, curatè instituendo, ut Ecclesiæ olim inservire posset.
Qvi nunc, cum ceteris, non Vitricum, sed Parentem sibi ereptum
dolet. Sed amiserat hic jam anno superiore, & quidem alterâ Pa-
schatos feriâ, cum concionibus habendis insumendæ meditationes
erant, non sine ingenti dolore, dulcissimam illam Conjugem suam.
Quare, peracto viduitatis anno & ultra, de alia sibi associandâ vi-
ta sociâ consilium inire cepit, mensæqve junio, præviâ dispensatio-
ne, cum sapius laudati Avunculi sui filiâ natu maximâ, omnium vir-
tutum apparatu insignitissimâ pudicissimâqve Virgine, REGINA
SOPHIA WESTPHALEN, sponsalia celebravit. Ast aliter sermo
rerum humanarum Directori visum est. Cum tempus appropinquaret,
quo consummandæ nuptiæ essent, anima sponsi, ut sponsa, à sponso
coelesti advocatur, quocum æternum jungenda, nunquam dissocian-
da erat. Sextus illuxerat hujus currentis mensis dies, quo, ordine
ferente, Historiam Davidis morituri ex 1. Regum Cap. H. pro con-
cione tractabat, concludens voto: *Credere, da, restè, da bene, Christe,*
max! Cantator Cygnus funeris ipse sui. Vix namqve, finitâ con-
cione, domum reversus fuerat, quando malè se habere percepit, ut
etiâ ingruente vespera, ante consuetum tempus, lecto se commit-
tere coactus fuerit. Quæ autem semper fuit in DEum pietate, animæ
præcipuè medicinam querens, d. 10. Sept. qvi erat XIV. à Festo S.S.
Trinitatis Dominicus dies, abs Confessionario suo, Rever. Dn. Pa-
store Campzensi, peccatorum impetratâ remissione, sanctissimo Do-
minici corporis ac sanguinis epulo refectus est atqve refocillatus, in-
gemiscens

admodum qd. p. XIX. DUM. ONNA.

*Gemiscens subinde : O Domine Jesu , miserere mei , Davidica proles !
Et cum Luthero nostro ex Psalm. CXIIX. 17. se ipsum erigens :
Non moriar , sed vivus ero ; Et Nomen Domini celebrabo. Haud ta-
men corpus neglexit , sed accersito Viro Præ - Nobiliss. Excellentiss.
atque Experientiss. DN. GEORG. DETHARDINGIO , Med. D. ejus-
demq; nec non Superior. Mathem. Prof. Publ. Celebrissimo, Collegæ ac
Fautori nostro multum colendo , curandum tradidit , ejus manu de-
scriptam obitus beatè Defuncti causam legetis : *Morbis* , ait ille , cu-
jus *Historia desideratur* , *ceu brevem habuit periodum* , *ita brevissimis*
poterit constare , *si dixerò* , *fuisse Colicam nephriticam. Superasse*
gam illum omnibus videbatur , *ipseque Eger se convaluisse ex fuga do-*
lorum Et appetitu redeunte fidè judicabat , *quando præcordiorum angu-*
stia , *tangquam ex machina prorumpentes vitam abstulerunt Viro* , *quem si*
merita ejus in computum veniant , *quæ Ecclesia* , *quæ Familia* , *quæ orbis lite-*
ratus , *quæ omnes qui noverant* , *norunt* , *Nestorem* , *si anni* , *Juvenem satis di-*
xeris , *Nocte nimirum d. 13. mensis insequutà morbus adè ingravescere*
animadvertebatur , *ut non adstantes solum* , *sed ipsemet etiam ægro-*
tans ultimam suam instare horam præsentiebat. Acutissimos inter
dolores corporis anima tamen non deficiebat. Fidei plenus indefi-
enter suspirabat : Domine Jesu, libera me ! Cujusmodi alia inter suspi-
ria , *circa horam quartam matutinam* , *anima* , *relicto corporis erga-*
stulo , *superiora petiit* , *cœlestia habitacula ingressa* , *mercede nunc*
laborum suorum , *dulcissima inter gaudia* , *fruens. Vixit Beatus Vir*
in sublunari hoc mundo triginta novem per annos nondum penitus
completos , *officio functus in tertium supra decimum annum. Ho-*
diè Svanenses fidelissimo suo Pastori lugentes ultima justa persolvent.
Solvere eà cum loci distantia nobis prohibeat , *saltem cum lugentibus*
lugeamus , *æquum est atque christianum. Desiet cum Familia* , *cui in-*
nexus fuit. Lachrymis eorum , *par est* , *gemitus misceamus nostros.*
Desiderant illi PRUSSINGIUM suum , *nos ei similem voveamus.*
Agite , *CIVES HONORATISSIMI ! afflicti solatium apprecemus*
desuper efficacissimum , *utque Ecclesie suæ fideles præficiat Pastores*
supremus nostrarum animarum Pastor , *indefi-*
*enter rogemus.**

P. P. sub Sigillo Rectorali
Anno, MDCCXIX, d. 25. Septembr;






& sorore admodum Rever. Dn. Joha
fiæ dictæ urbis Pastoris optimè prom
MARGARETHA Broockmanns /
Viri Reineri Broockmanni, Pastoris S
dua jam ante Johannis Pechlini; tertia
bat nuptias cum Genitrice Beati Nostr
decoro exornatissima, CATHARIN
LEN. Facta hæc fuerat quintuplici
singio suo mater, utpote duarum f
Musico Warenensi, Bartholdo Wünnen
Ambrosio Joachimo Rehfelden, Cantori
ventute suæ curæ concreditâ benè me
junctarum; trium autem filiorum,
Pastoris Brützensis, Bartholdi, item C
ris Svanensis artisqve musicæ olim stu
cum ætatis, tum præsentis occasionis
primus nominandus fuisset, piè defun
siti, Joachimi. Posteaquam autem
humanarum Arbitro placuit conjugi
singio - Westphalianum, Anno super
gesimo, morte mariti dissolvere, sup
nitrix ad secunda transiens vota nup
tio Barken, Civi Warenensi, quem p
tricum quidem habuit, sed affectum
expertus est, ut abs eo in se protecta
Studiis heic operam navaret, abund
nunquam non prædicarit. Sed ad
scendamus, Paternus exstitit PETRU
vita & Mercator Femariensis, cujus
via, Virtuosissima ANNA Wegner
JACOBI Wegners / Pastoris Land
maria, Gnata. Maternus autem Avys

WESTPHAL, Civis atqve Textor sæpius dictæ urbis
 Warenæ, *aviaqve* MARIA Ulrichs / DEO devotissima
Proavus: porro, quantum ad superiorem lineam, fuit
 JACOBUS Prüssing / Civis ac Cerevisarius in Land-
 Kirchen. *Proaviam* verò lineæ istius nominat ANNAM
 SEIERS, Landkirchensem. Altera in lineâ *Proavus*
 ipsi contigerat Jürgen Westphal, Antistes in suburbio
 Kiloniensi, cum *Proavia* Catharina Dancken / Warena
 oriundam.

Agnoscit, CIVES talibus progenitoribus or-
 tum debuisse suum Præpositum PRUSSING,
 quibus nec magis politica dignitate,
 nec Titulorum te, nec famæ apud exte-
 ros celebravit: nec tamen hone-
 stas atqve gloriam ipsis
 autem ex illis si-
 fit altius evehe-
 conditio emer-
 terat, modò
 dotes ipsimet
 pendantur
 quos ad majus
 progenitorum suo-
 digni habendi non sint,
 una progenies. Certè profe-
 qui laudem convertere possent, ac
 arguina erga se providentiæ hoc ipso præ-
 bere de. Rectè pieqve hoc æstimavit Beatus,
 qui & alia erga se divinæ benignitatis argumenta neu-
 tiquam reticenda voluit, ceu in ipso vitæ illius cursu,
 quem propriâ concinnaverat manu, visuri sumus. Ad-
 inobrem adhuc puer, vix decimum ætatis annum in-
 gressus



A 3